

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:

Director: Mag. Renate Plöchl

Deputy director: Mag. Julian Sagmeister

Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek

Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:

Email: [landesbibliothek\(at\)ooe.gv.at](mailto:landesbibliothek(at)ooe.gv.at)

Telephone: +43(732) 7720-53100

alijs motibus qui possunt fieri tempore actuali et positivo non existente.

Dubitat scdo Utrum tempus sit entitas realiter distincta a motu.

Et arguitur quod sic: quod motus non inuenitur nisi in eo quod mouetur: sed tempus inuenitur tam in rebus quiescentibus quam in rebus motis: quod sicut dicimus omne motum moueri in tempore: ita dicimus omne quiescens quiescere in tempore: ergo tempus non est motus. Item in diuersis motis separatis loco et subiecto non est idem motus: et tamen omnino illorum est idem tempus: igitur. Item omnis motus est velox vel tardus: sed tempus non est velox nec tardus: igitur. Item si tempus esset motus sequeret quod esset motus primi mobilis: sed hoc est falsum: quod tunc essent plura tempora: cum sint plures primi motus. Item in carcerati bene percipiunt tempus: et tamen non percipiunt motum primi mobilis: igitur. Item tempus est numerus motus: sed motus non est numerus: igitur. Item potest esse duo motus eiusdem rationis: et tamen tempus eorum non est eiusdem rationis: igitur. Hinc probatur: quod volo quod unum mobile moueatur in una hora per spacium unius leuce: tunc ibi est motus unius hore. Volo iterum quod aliquid moueatur per illud spacium in dimidia hora: quo facto ille motus est dimidie hore: igitur. Et ista ratione in substantia videtur formare scorus: quod capiat unum motus qui habeat decem partes integrantes ipsum cum decem partibus temporis: tunc ille partes non sunt eadem: quod cum eisdem partibus temporis possunt esse plures partes motus: puta si dupla virtus moueat idem mobile. Item aliud est continuatum tempus quam partium motus: quod nunc est continuatum partium temporis et mutatum esse partium motus: quod sequitur quod non sit idem. Alius est modus dicendi qui tenet quod tempus non distinguitur a motu. Et arguitur sic primo: quod prius et posterius in motu sunt tempus: sed prius et posterius in motu sunt partes motus: igitur. Item distinctio motus puenit tempus: quod si tempus sit quantitas successiua sicut motus et in eodem mobili: sicut mobile est in potentia ad actum per motum: ita per tempus: igitur non videtur assignari qualiter illud ens successiuum debeat distingui a motu nisi forte in hominibus. Si enim tempus sit ens successiuum sicut motus: tunc subiectum se habet continue aliter vel aliter: igitur. Item non debet multiplicari entitates nisi aliqua experientia vel aliqua auctoritas scripura hoc cogat: sed nulla est experientia de tali quantitate successiua distincta a motu: igitur. Unde quod isti duo modi sunt multum probabiles soluentur rationes hinc et inde. Unde iste secundus modus dicitur habere ponere aliquas propositiones. Prima: tempus non differt a motu primo mobili: imo est ipsemet motus primi mobilis. Unde ratio tenet pons est quod sit mensura motus: sed motus primi mobilis est notior inter alios: ideo magis sibi puenit ratio mensura quam alijs motibus. Secunda propositio: secundum vulgares motus solis dicitur tempus quod vulgares mensurant alios motus: sed hoc est per motum solis: igitur. et ob hoc nota temporum accepta fuerunt a motu solis: ut annus/dies/hora/hebdomada/hyems/estas/ver autunus: et sic de alijs: igitur vulgus vult motu solis per tempus: etiam motibus istorum inferiorum vult per tempus: quod ipsis sepe mensuramus alios motus: ut per motum hore/logum mensuramus motus nostros. Et iste modus habet soluere rationes factas contra ipsum. Ideo ad primam responderi quod tempus non inuenitur subiectiue nisi in ipso primo mobili: sed in alijs inuenitur tanquam mensura extrinseca mensurato: similiter dicunt idem ad aliam quod in diuersis motis subiectiue sunt diuersi motus: sed idem tempus est apud

Seco. li. 2. dist. 2. q. 2. pre prima

5

ofia. Ad aliam dicitur quod tempus est realiter velox vel tardus sicut motus: sed non ita proprie attribuitur sibi sicut motui: nam non dicitur tempus nisi secundum discretionem suarum partium quam habet ab anima: secundum quam rationem habet rationem numeri qui magis dicitur multus vel paucus. Ad aliam dicitur quod tempus proprie importat motum primi mobilis: ideo si essent plures primi motus: tunc essent plura tempora. Ad aliam dicitur quod illi non percipiunt motum primi mobilis: quia illi non videntur illo motu pro tempore: sed alio quo alio qui est ipsis notior. Ad aliam dicitur quod motus sub illa ratione qua est continuus non dicitur numerus: tamen sub illa ratione qua partes eius ab anima accipiuntur ut discrete dicitur bene numerus. Ad aliam rationem que videtur ratio Scotti: diceret breuiter quod bene probatur quod tempus non est motus alijs particularis: sed non probatur quod tempus non sit motus primi mobilis. Unde motus primi mobilis dicitur tempus et motus. Dicitur enim motus secundum quod mobile continue aliter et aliter se habet secundum prius et posterius. Sed dicitur tempus secundum quod ipso possumus mensurare alios motus secundum prius et posterius. Dicitur etiam quod idem est quod dicitur instans et mutatum esse: sed dicitur instans secundum quod est mensura mutatorum esse in motibus particularibus: et dicitur mutatum esse secundum quod continuat partes motus adinuicem. Sed quod alius modus dicendi est etiam multum probabilis: Ideo respondendum est ad rationes alterius modi. Ad primam dico quod prius et posterius in motu non sunt nisi partes ipsius motus. Pars precedens et pars succedens/que non sunt partes temporis. Ad aliam dicitur quod distinctio motus non conuenit tempus: quod per tempus mobile non dicitur primo moueri: neque per ipsum mobile est in potentia ad aliquem terminum: sicut per motum. Ad aliam dicitur quod bene assignatur distinctio ab illis qui cognoscunt: cum in ipsis sint primo alia continuatiua: etiam esse alia successio partium: et per hoc soluuntur alie rationes. Dixit etiam ista opinio quod tempus et motus sic sunt entitates realiter distincte quod de se possent separare unam ab alia sicut tempus a motu: quo facto ille motus mensuraretur tempore potentiali. Sed adhuc est alius tertius modus qui tenet quod tempus non est aliquid entitas successiua: sed tamen est ipsum mobile. Et sunt illi qui tenent quod motus est mensuratum mobile: et quod fuit probatum tertio quod motus distinguitur a mobili: ideo sufficienter contra ipsos est probatum quod tempus distinguitur realiter a mobili.

Seco. vii

Seco. dicitur in cuiusdam gumme oppo.

Dubitat tertio Utrum illud dictum quod solet dicitur dicitur quod de tempore non habemus nisi nunc sit verum vel falsum.

Unde dicitur quod illud dicitur potest habere duplicem sensum. Unus est: quod quicquid coexistit nobis de tempore est nunc et quod nihil aliud de tempore nobis coexistit nisi nunc: et sic est falsum: nam aliquid pars temporis nobis coexistit/ tamen in infinito: licet una post aliam: nam volo quod illud instans sit a tunc arguitur sic: post illud instans succedit aliud instans vel aliquid pars temporis. Non instans: quod duo instantia non sunt subiuicem immediata: quod succedit aliqua pars temporis: et illa coexistit nobis/ licet in esse successiuo: igitur. Alius sensus est quod de tempore non habemus nisi nunc: supple quod mensura mutati esse in motu: et sic illud dicitur est verum: mirum enim est ponere tempus futurum quod nunquam sit presens: sed antequam sit presens sit preteritum. Et ex isto sequitur quod preter preteritum et futurum ponendum est tempus presens quod habet suas partes in esse successiuo. Sed restat alia difficultas: vtrum instans possit corrumpi? Et videtur quod non: quod vel hoc est quod est/ vel quod non est. Non quod est: quod tunc simul esset et non esset. nec quod non est;